

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 142. Carolus Malatesta Gregorii nomine Pisas delatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. esse omni destitutum auctoritate, quicquid contra Gregorium ejusque obedientiæ addictos attentandi; ideoque Romanorum Regem a Pisano ad aliud legitimum, atque in alio loco convocabandum appellare. Verum nulla hujus appellationis habita ratione, Patres libere suas prosequabantur Sessiones.

§. CXLII.

*Carolus Malatesta Gregorii nomine
Pisas delatus.*

Pogg. hist. Sub idem tempus Carolus Malatesta To-
Flor. p. 3. p. parcha Ariminensis civitatis, ubi Gre-
54. & 218. gorius Senis discedens se receperat, no-
&c. mine hujus Pontificis Pisas venit, petitu-
rus, ut Concilium ad alium transferretur
Iocum, eoquod hæc urbs Gregorio Pa-
pæ merito suspecta videretur. Vir erat
Malatesta non modo rei militaris peritia
atque animi robore insignis, sed etiam in
publicis rebus gerendis versatissimus, ac
optimis consiliis longe uberrimus, literas,
virosque literatos impense colebat, atque
erga illos se admodum liberalem, magna-
nimumque ostendit, paucis, inquit Leo-
nardus Aretinus, nihil eorum, propter
quæ summis laudum titulis celebrari me-
raretur, in eo desiderari poterat. Hic
quamvis Gregorium adversa fortuna ja-
ctatum

ctatum nunquam deseruisset, nullatenus Sæcul. XV.
 tamen adduci poterat, ut ejusdem perti- A.C.1409.
 naciam probaret, sed constanter illi au-
 ctor fuerat, ut dimisso alterius Synodi
 convocandæ proposito, Pistorium urbem
 in Etruria sitam adiret, ibique habito
 cum Pisanis Deputatis colloquio suam
 vindicaret innocentiam, siue necessitas
 Ecclesiæ deposceret, Pontifícia etiam in-
 signia deponeret. Certe si Papa ejusdem
 obsecundasset consiliis, sententiam exau-
 citorationis in se latam declinasset (*).
 Nihilominus Malatesta Gregorium novis
 obsequiis sibi demereri conatus, Pisis
 cum Albanensi, Tureyensi, Aquileiensi &
 Mediolanensi Cardinalibus conferebat, ir-
 rito licet conatu, Patribus sententiæ de-
 mutando Concilii loco acquiescere, con-
 stanter recusantibus. Quocirca Carolus
 Malatesta re infecta ad suos reverti coa-
 ctus est.

N 2

§. CXLIII.

(*) *Equidem certum est, quod Papa, si prius
 Pontifícia sua deposuisset insignia, haud amplius
 a Pisanis exauditorari potuisset, sed nunquid ideo
 certa jura dimittere oportet, ut invidorum mali-
 tia triumphandi locum habeat?*